



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

47 Census ad formam constitutionis Pii V. est jus accipiendo de fructibus  
fundi pensionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

peit. Iher. Quapropter pater potest omnia sua bona vendere, & projicere in mare non obstante præjudicio liberorum. glo. in l. 1. in ver. ex duabus. circ. med. C. de ineff. donat. & Cravet. d. conf. 217. n. 1. & 2. & supra in contrarium deducta procedunt, & habent locum in contractu censuali antiquo, in quo transfertur dominium directum, & utile, ut supra in principio deduxi, hoc enim casuis, in quem fuit translatum dominium, tenetur ad onera, quia cum illa res sit allibrata, & catastrata, cum onere suo transit in quemlibet singularem successorem. l. cum fundo ff. de servit. rust. præd. l. 3. C. de servit. Bart. in l. siff. de nov. op. nunciat. Crau. eo. cons. nu. 3. & Gab. cons. 47. num. 6. vol. 1. quemadmodum 43 dum si ecclesia t̄ acquirat rem feudalem, obligatur ad onera vassalli, quia transit res ad ecclesiam cum onerere feudi. Innoc. in cap. verum. n. 2. de for. comp. Bart. in l. placet. n. 3. Ias. nu. 21. in 2. lect. C. de sacr. san. Eccles. & Cravet. eod. conf. 217. n. 5 sed valet t̄ argumentum à censu hujusmodi ad pensionem, quia quemadmodum census, ita & pensio in temporalitate consistit. Gomes. in reg. de infirm. refig. q. 16. numer. 2. Pet. Benint. decis. 49. numer. 6. & Put. decis. 202. numer. 3. lib. 3.

45 Ideo licet t̄ pensio imposta super beneficio, regulariter pro rata ad decimas, & alia onera concurrere debeant, cum sit pars fructuum. Put. decis. 5. lib. 1. plerumque tamen reservatur libera, immunis, & exempta ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, impositis, & imponendis, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Du-

cum, & aliorum quacunque ac quavis occasione, vel causa, etiam pro expeditione contra Turcas, etiam, quod in in decimatum impositione caveretur expressè, quod pensionarii quicunque pro rata contribuere tenerentur, quo ca-<sup>46</sup>su debetur libera, cum t̄ Papa sit semper honorum Ecclesiæ administrator. Innoc. in cap. novit. de sent., excom. Abb. in cap. constitutus. num. 13. de relig. domib. & Navar. de spol. Cler. §. 9. num. 2. tom. 1. & de illis arbitrio suo dispone-<sup>47</sup>re possit. Abb. in cap. magna. num. 17. de vot. & vot. redemp. & cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. l. in re mandata C. mand. Abb. conf. 26. in prin. part. 1. cum aliis supra deductis. emptor t̄ enim census non emit rem, neque annum redditum rei, sed tan-<sup>tum</sup> ius exigendi pensionem super illo fundo impositam, dominio nihilominus apud venditorem permanente, Card. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 42. vers. quarta particula. de cens. & Molin. intrat. 2. disput. 390. 5<sup>o</sup> claus. in princ. Ideo non est contra naturam contritus, quod quis vendat hunc censem, firmis remanentibus omnibus oneribus super fundo, super quo potest quis apponere onus servitutis, & hypothecæ, illud ob-  
ligando pro solvendis collectis, quia istud erit aliud onus separatum, & ad-  
ditum aliis oneribus, t̄ & cum licet propriam rem alienare, a fortiori su-  
per ea permittitur oneris imposi-  
tio cap. cui licet, & regul. jur. in 6. &  
Ias. in l. in actionibus numer. 13. 14. &  
15. ff. de in lit. jur. & census integri per soli debent, ad formam, &  
rationem dictorum septem pro cente-  
Bbb 3 nario,